



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 40. Rescriptum Luciferianis favens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

qui, nec fugere poterat. Militibus, & Sæculum IV.
 gladiatoribus templum invadentibus, A. C. 385.
 quidam Infideles ex illa parte, quæ ab
 aggressoribus erat averfa, templo exeun-
 tes, & solum Episcopum videntes, com-
 prehensum, & in ignem conjectum, nec-
 carunt. Res primo omnes latuit, sed
 lapsu temporis cognita est, volebantque
 S. Marcelli Liberi ob Patris necem pœ-
 nas reposcere, quod Concilium Provin-
 ciæ fieri prohibuit; namque Episcopi e-
 xistimabant, non esse iudicio vindican-
 dam viri iusti mortem, pro qua magis
 Deo gratias agi oporteret. Ecclesia S. Mart. Rom.
 Marcellum Apamiensem 14. Aug. ut Mar-14. Aug.
 tyrem honorat.

§. XL.

Rescriptum Luciferianis favens.

Theodosius ad eundem Cynegium Re-
 scriptum, Luciferianis schismaticis fa-
 vens, direxit. Duo hujus Sectæ Presby-
 teri, Marcellinus, & Faustinus tribus Im-
 peratoribus Valentiniano, Theodosio, &
 Arcadio libellum supplicem tradidere, *Edit. Sirm.*
 quo petebant, ut se contra persecutionem 1650.
 Catholicorum, ut ipsi dicebant, tueren- *Gennad.*
 tur. Catholicos prævaricatores vocant, *Script. in*
 quod ad suam Communionem recepe- *Faust. Libel.*
 rint, in Concilio Ariminensi lapsos. Schis- *Marcell. &*
 matici isti fatentur, Sectatorum suorum *Faust. p. 32.*
 numerum esse valde exiguum, & Episco-
 porum

Sæculum IV. coporum sanctissimos condemnant; S.
 A. C. 385. Hilarium, quem prævaricatorum, & i-
 pforum hæreticorum fautorem fuisse ac-
 cusant; Osum, quem, post lapsum per-
 secutorem fuisse, dicunt, & morte hor-
 renda defunctum, narrant, incredibili
 fabula. Nec S. Athanasio parcunt, sed
 præcipue S. Damaso Papæ irascuntur, se-
 que ex parte Antipapæ Ursini stare aper-
 te pronuntiant. Cujus vero auctorita-
 tem maxime extollunt, & pro suæ Com-
 munionis capite habent, est Gregorius
 Episcopus Illyberitanus in Hispania; huic
 miraculorum donum tribuunt, dicuntque,
 neminem unquam ausum fuisse, hunc vi-
 rum Sede sua pellere, aut proscribere.
 Inter Episcopos Orientis præceptum ha-
 bent Heraclidem Oxyrinchensem in Æ-
 gypto, quem magnas persecutiones ab
 Arianis, Catholicisque passum ajunt. Imo
 Romæ Episcopum habebant, cui nomen
 Ephesius, aut Euresius. Conqueruntur,
 quod Luciferiani appellentur, sed se sim-
 pliciter Christianos affirmant, cumque
 Lucifer nullam opinionem hæreticam
 docuisset, tanquam auctorem Sectæ par-
 ticularis immerito reprehendi. Denique
 postulant, ut quiete vivere juxta con-
 scientiæ suæ instinctum sinerentur, &
 promittunt, se aliis lubenti animo relin-
 quere Ecclesias, structura magnificas, &
 possessionibus opulentas, quarum affe-
 ctu

pag. 39.

p. 72. Præf.

p. 65. 73.

Sup. l. XVI.

§. 39.

p. 40.

p. 76. 77. Ec.

p. 69. 84.

v. Gothorf.

ad l. 28. C.

Tho. de hæ.

p. 70.

p. 97.

ctu execrati, inquit: fidei integritatem amiserunt. Imperator Theodosius ad hunc libellum respondit, dato ad Cynegium Rescripto, quo Gregorium in Hispania, & Heraclidem in Oriente Episcopos vitæ sanctæ, & laudabilis dicit, & prohibet, ne quis hujus Communio- nis hominibus quocumque modo mole- stus sit, utpote in fide Catholica vivere, & mori desiderantibus. Ita Theodosius horum Schismaticorum fraudibus patuit. Non tamen apparet hoc Rescriptum multum utilitatis attulisse ipsorum Se- ctæ, quæ brevi post tempore extincta est. (*)

§. XLI.

Justina S. Ambrosio infesta.

Ea ipsa pax, cujus inter Maximum, & ^{Sup. §. 28.} Valentinianum stabiliendæ S. Ambro- sius Auctor fuerat, Imperatrici Justinæ juvenis Principis Matri otium fecit, per- sequendi sanctum Episcopum, quod ei vi- vo Valentiniano Marito suo, aut Gratia- ^{Ruff. II. c. 15} no

(*) Hier ist eine kurze Anmerkung des Ueber- setzers, in welcher er noch den schon verstorbenen Pabst Damasus verfolget. Die 2. Schismatici aber Marcellinus, und Faustinus, die offenbare Lügen, sonderlich von dem Bischoffe Osius in ihr Libell eingerücket, sind bey ihm die hochwerthe- ste Zeugen.